Fragmentarium

176 1ra

[...] rege ad regni gubernacula
[...] tremendu̅ cunctis uno lapide go
liam sternere. a rege proposita extinc
ti allophilis numerosa preputia reporta
re. regnu̅ ex promissione percipere.
cunctumq; israheliticu̅ populu̅ sine
ulla post modu̅ contradictione possi
dere. Et tamen in cunctis se despicit.
qui in suis oculis esse se humile̅ confi
tetur. Si igitur sc̅i uiri etia̅ cu̅ agunt
fortia de semet ipsis uilia sentiunt. quid
in sua excusatione dicturi sunt. qui
sine opere uirtutis intumescunt.
Sed et si quelibet bona essent opera.
nulla sunt nisi ex humilitate custo
diantur. Miranda quippe actio
cu̅ elatione non eleuat sed grauat.
Qui enim sine humilitate uirtutes con
gregat. in uentu̅ puluere̅ portat.
Et unde aliquid ferre uidetur. unde
deterius cecatur. In cunctis ergo que
agitis fr̅s mei radicem boni operis
humilitate̅ tenete. nec quibus
iam superiores. sed quibus adhuc
inferiores estis aspicite. ut dum
meliorum uobis exempla proponitis.
ad maiora semper ascendere ex hu
militate ualeatis. Item. VIII.

LECT. S. EVANG. SCDM. LVCAM.

IN ILLO TEMPORE. Exiit edic
tu̅ a cesare augusto. ut describeretur

Nr. 17a 1rb

uniuersus orbis. Haec descriptio prima.
facta est a preside syrie quirino. Et rl.

OM. B. GREG. PP. HABITA AD POPLM
IN BASILICA. BEATE MARIE. DIE
NATIVITATIS DNI.

QVIA LAR
GIENTE
DNO. missaru̅ sollempnia
ter hodie cele
braturi sumus.
loqui diu de euan
gelii lectione non possumus.
Sed nos aliquid uel breuiter dicere
redemptoris nostri natiuitas ipsa com
pellit. Quid est quod nascituro
dn̅o mundus describitur. nisi hoc
quod aperte monstratur quia ille
ueniebat in carne. qui electos suos
ascriberet in eternitate. Cui con
tra de reprobis per propheta̅ dicitur.
Deleantur de libro uiuentiu̅. et cu̅
iustis non scribantur. Qui bene
etiam in bethleem nascitur.
Bethleem quippe. domus panis
interpretatur. Ipse namq; est.
qui ait. Ego sum panis uiuus.
qui de celo descendi. Locus ergo
in quo dn̅s nasceretur. domus
panis ante uocatus est.
quia futurum profecto erat. ut
ille per [...]

Cod. A 94 (17)

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.17, 1r – Gregorius Magnus: Homiliae in Evangelium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-nvoa/5187/49553)